De captatoria institutione.

11. Iidem A. & C. Æmiliano militi.

CAptatorias [1] institutiones etiam in militis testamento nullius esse momenti, manifestum est. PP. 7. Kalend. Jul. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

De lege Falcidia, si quid ultra vires hereditarias petatur.

12. Iidem A. & C. Domitiæ.

IN testamento militis [2] legem [3] Falcidiam, & in legatis [4], & fideicommissis [5] cessare, explorati juris est. Sane si quid ultra [6] vires patrimonii postulatur: competenti defensione tueri te potes. P. P. 6. Non. Jul. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

De flagitio militari.

13. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Claudiæ.

ET militibus nostris, Centurionibus quoque ob flagitium militare [7] damnatis, [8], non aliarum quam castrensium rerum testamentum facere permittitur [9], & intestatis jure proprio succeditur a fisco. Prop. Non. August. VALERIANO & GALLIENO AA. 3. & 2. CONSS. 256.

De solemnitatibus non servatis.

14. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. heredibus Maximi.

SIa fratre suo militante mater vestra scripta heres successionem [ejus sibi] quæsivit: quamvis testamenti scriptura non continet juris [10] observationem, hanc [tamen] hereditatem fratrem testatoris, vel ejus filios ab intestato evincere non potuisse, jure constitit. P. P. 5. Non. Maji, ipsis AA. & CONSS.

De degentibus in expeditione.

15. Imp. CONSTANTINUS A. ad Populum.

MIlites in expeditione [11] degentes, si uxores, aut filios, aut amicos, aut commilitiones suos, postremo cujuslibet generis homines amplecti voluerint supremæ voluntatis affectu: quomodo possint [12], ac velint, testentur: nec uxorum, aut filiorum eorum, cum voluntatem patris reportaverint, meritum, aut libertas dignitasve quæratur. Proinde sicut juris rationibus licuit, ac semper licebit, si quid in vagina [13], aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus adnotaverint, aut in pulvere inscripserint [14] gladio suo, ipso tempore quo in prælio vitæ [15] sortem derelinquunt, hujusmodi voluntatem stabilem esse oportet. Dat. 3. Id. August. *Nicomediæ*, OPTATO, & PAULINO CONSS. 334.

1 *l. 70. l. 71. ff. de hered. instit.* Captare est aucupari lucrum. Hinc captatoriæ scripturæ. *l. 64. ff. de legatis* 1. captare hereditatem. *l. 25. §. de transact. l. 1. ff. si quis aliq. testam.* Captatorium institutionem, κτῆσιν διαθήκην, vocat Hermenopulus 5. *tit.* 8. Hoc modo, Si Titius me heredem instituerit: vel, Si Titius Cajum sibi heredem instituerit, mihi heres esto. Iisis formulis referimus gratium quam captamus: nec tantum accipimus, sed reposcimus, nobis vel aliis hereditatem captantes, idque aucupium hereditatis, secretum voluntatis alienæ seu testatoris appellatur. *l. 70. ff. de hered. instit.* Idem aucupium *en l. 71. in fin. d. tit.* captio appellatur. Captatoria autem non est, quæ remunerandæ jam factæ institutionis causa fit. *l. 71. ff. de heredit. instit.* quæ fit mutuatis affectionibus: ita enim forte legendum in *l. 70. ff. de heredit. instit.* id est, placata testatoris offensa. *l. 3. ff. si quis aliquem testari. & l. ult.* J. *eod.* ut mutuam affectionem testatoris sit placabilibus verbis testaturus provocare ad mutandam ejus hereditatem: ad legatum relinquendum pœnitenti. Huic interpretationi adjunge quæ de ea re tres præstantissimi viri scripserunt, Alciat. 2. *Parerg.* 31. Ant. Augustinus 4. *emendat.* 15. Cujacius 26. *observ.* 11. & ex hoc loco illustrari *d. legem* 70. adde etiam quædam ex Mynsingero 1. *observ.* 8. Addantur & hæc, mutuis affectionibus judicia provocare permitti. *l. 70. ff. de hered. instit.* ut & offensam testatoris placare. *l. ult. ff. si quis aliquem testari. & l. ult.* J. *si quis aliquem testari.* quanta ex parte me heredem scriptum habuerit, ex ea parte heres esto. *l. 29. ff. de hered. instit. l. 20. in fin. ff. de condit. instit.* cui contraria hæc est: qua ex parte me heredem scriptum in tabulis reciteveris, ex ea parte heres esto: hæc hæredem pro non scripta. *l. 1. in fin. ff. de his quæ pro non scriptis.*) qua ex parte Titius me heredem scripserit, ex ea parte Mævius heres esto. *l. 71. ff. de hered. instit.* Qua ex parte me a Titio scriptum heredem recitavero, ex eadem parte Sempronius mihi heres esto. Hæc non est captatoria. *l. 81. in fin. ff. de hered. instit.* Contra hæc captatoria est, Titius si Mævium tabulis testamenti sui heredem a se scriptum ostenderit, heres esto. *l. 71. in fin. ff. de hered. instit.* Non valet quoque ad secretum alienæ voluntatis conditio institutionis collata, hoc est, in alienam voluntatem. *l. 70. in fin. ff. de hered. instit.* Titius heres esto, quem Titius voluerit, instituo. *l. 32. ff. de hered. instituend.* si heredem me esto. *l. 5. in fin. ff. de condit. & demonst. l. 68. in med. ff. de hered. instituend.* Quamvis non feceris, centum dare spondes. *l. 61. ff. de verb. obligat. l. 34. supr. de transf. l. 4. ff. de inutilibus stipul. l. 5. supr. de pactis conventis* (licet non valeat, si me vel filium exheredaveris, centum dabis. *l. 132. ff. de verb. obligat.* nam qui sic stipulatur, hereditatem non directe sibi stipulatur, sed potius notam exheredationis fugit.) Quid si ita: Si Titius Capitolium ascenderit, Cajus heres esto: Cajo lego centum? Valet hujusmodi institutio ac legatum? conferrur quidem utrumque in alterius, puta Titii, voluntatem, sed tacite & per ambitio tolerantur, quia palam & aperte non confertur in alterius voluntatem, sed tacite & per consequentias tantum: multa autem expressa nocent, quæ non expressa non nocent. *l. si quis Sempronium* 68. *ff. de hered. instit. l. nonnunquam* 52. *ff. de cond. & demonst.* & breviter captatoria institutio non est, quæ sit mutuis affectionibus. *l. captatorias.* 70. *ff. de heredit. instit.* ubi duorum similis est affectus. *Novell. Valent. de testam.* sicut in mutuis inter vivos duorum vel plurium inter se donationibus cernitur: adde *l. 64. ff. de leg. 1.*

1 Aliud in pagani testamento, & militis, jure communi facto. *l. penult.* J. *eod.* & tamen veterani. *l. 40. ff. ad l. Falcid.* 3 Falcidia in testamento militis cessat, *ut hic, & l. 17. in fin. ff. eod. l. 7. §. 6. l. 17. l. 92. in fin. l. ult. ff. ad leg. Falcid.*

4 *d. l. 7. d. l. 17. 92. & ult.* 5 *l. 1. §. 18. ff. ad SC. Trebell.* 6 Heres ultra quam ad eum pervenerit, non tenetur. *l. 22. §. 5. ff. de jure delib. l. 1. §. 17. ff. ad SC. Trebell.* si tamen inventarium fecerit. *d. l. 22. §. 14.* Ideoque legata ab eo facta, qui non solvendo fuit, inutilia sunt. *l. 15.* J. *de leg. 1. l. 16.* J. *ad l. Falcid. l. 17. ff. de mort. caus. don. §. ult. Inst. ad leg. Falcid.* 7 Secus, si ob commune delictum. Tunc enim cognati militis fiscum excludunt. *l. 1. ff. de vetter. & milit. successi.* 8 Miles ob flagitium militare damnatus, potest testari de rebus castrensibus, *ut hic, & l. 11. ff. eod.* in paganicis fiscum habet heredem, *ut hic.* 9 Ejus allata permitti ei potest. *l. 30. §. 8. ff. de donat. inter vir. l. 1. ff. de vetter. & milit. successi.* vel a Principe. *l. 6. §. 6. ff. de injustis.* vel ab ipso judice dum condemnat. *d. 22. §. 1. ff. de leg. 3.* 10 In militari testamento non requiritur juris communis observatio, *ut hic.* Nam voluntas militis in expeditione occupati pro jure servatur. *l. 1. in fin. §. eod.*

11 *l. 1. in fin. §. eod. ἐν ἐξορκισμῷ Synopf. Basf. 35. tit. 3. ex tit. 21. c. 51. §.* Harm. 1. §. 48.

12 *l. 3. §. & l. ult. ff. de offic. praef. l. 37. supr. de inoff.* 13 Militibus testamentum facturis in ipso pugnæ tempore vagina (vide Ammianum *lib.* 18. *p.* 135.) clypeus, pilum, humus, charta, vel tabularum loco esse possunt, adde *Novell. Leonis* 40. ut & nurus, pro litteris. *l. 40. ff. eod.* sanguis pro atramento: ensis, pro stylo, penna ac calamo, *ut hic, Synopsis & Harm. ibidem.*

14 Præsente aliquo scil. Vix est enim ut cujusquam manus ex hujusmodi scriptura agnosci possit. Quo: testes requirantur in militis testamento dixi ad *Novell. Leonis* 41.

15 Sors vitæ, vita ipsa. 16 Σκευοφύλαξ, auctor Etymolog. χαρτοφύλαξ. Forcat. 12. Aviarii 2. scriniariis hodie comparari posse putat secretarios & frisbus Ducum & Tribunorum. Quinari scriniarios habuerint, mox dicam. 17 Scriniarios olim habuerunt Præfecti Prætorio, Magistri militum, Comites utriusque æerarii, Proconsul Asiæ Castrensis sacri palatii, item duces. 18 Matricula militum eos non facit, ideoque qui militum officiis carent, & militum munere non fungunter, carent & privilegio. *c. un. de vassal. milit.*

De scriniariis & apparitoribus.

16. Imp. ANASTASIUS A. Hierio P. P.

SCriniarios [16] vel apparitores [17], qui Virorum Magnificorum Magistrorum militum jussionibus vel actibus obtemperant: etsi nomina eorum matriculis [18] militaribus referri videantur [19], nullatenus [tamen] in ultimis a se conficiendis voluntatibus juris militaris habere facultatem decernimus. Dat. Id. Februar. *Constantinop.* PAULO V. C. CONSS. 496.

Quando miles testetur quomodo vult.

17. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

NE quidam putarent in omni tempore licere militibus testamenta, quoquo modo voluerint, componere: sancimus his solis [20], qui in expeditionibus [21] occupati sunt, memoratum indulgeri circa ultimas voluntates conficiendas beneficium. Datum 4. Id. April. DECIO V. C. CONSS. 529.

De pupillo.

18. Idem A. Joanni P. P.

LIcet antiquis [22] legibus permittebatur [23] pupillis [24], si Tribunatum [25] numerorum [26] merebantur [27], ultimum elogium conficere posse: attamen indignum nostris temporibus [esse] videtur, eum qui stabilem [28] mentem nondum adeptus est, propter privilegia militum, sapientium [29] hominum jura pertractare, & in [tam] tenera ætate ex tali licentia parentibus forte suis, vel aliis propinquis nocere, propriam substantiam extraneis relinquendo. Ideoque hoc fieri nullo [30] modo concedimus. Dat. Kal. Novemb. post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno 2. 532.

TIT. XXII.
QUI TESTAMENTA [31] FACERE POSSINT, VEL NON [32].

De Socio omnium bonorum.

1. Imp. GORDIANUS A. Petronio militi.

QUanquam omnium bonorum socer tuus, itemque frater ejus socii [33] fuerint: tamen non eo minus idem frater ejus cum fati munus impleret, testamento suo potuit sibi heredem instituere quem vellet. † Item non idcirco minus is testamenti factionem habet, quod [34] indivisam successionem cum sorore sua dicatur habuisse. P. P. 12. Kal. August. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

19 Aliud est videri, aliud esse. Nomina scriniariorum videntur esse in matriculis militaribus, non sunt tamen, id est, videntur milites, non sunt tamen vere milites, etiamsi jus castrensis peculii habent. *l. 6.* J. *de castr. pecul. milit.* Fit eorum militum mentio in *l. 6.* J. *de numerariis.* 20 *l. ult. ff. eod.* Miles jure militari per id tantum tempus uti vel testari potest, quo militat & in castris degit. §. 3. *Instit. eod.* 21 *Ev εξορκισμοῖς. Synopf. ibid. cap.* 52. idque sive sit in castris, sive in stallato, sive in hybernis, sive in præsidiis, sive in stativis seu sedibus sedentis ac æcibus. *d. l. ult. l. 18. §. de ep. aud.* Sufficit ergo ut sit in expeditione, licet non in procinctu: alioquin nihil aut parum dictabit miles a pagano. Nam paganus in procinctu & hostico, jure militari testari potest. *l. ult. ff. eod.* quod illis locis de quibus dixi, intermortua sit quodammodo memoria legum. vide Cujac. *conf.* 49. 22 Forte ante Adrianum Imperatorem. Valerianus apud Vopiscum *in Probo: Miratis quod ego imberbem Tribunum fecerim contra constitutum D. Adriani.* & de eodem Adriano Spartianus: *Nullum tribunum fecerum contra constitutum D. Adriani.* & *ne quidem annis tribunatus rebus imperet.* 23 Olim permissa fuit testamenti factio impuberi tribuno numerorum, aliasque dignitates militares ætatem. ut hinc quoque possit colligi, tribunatum numeri, aliasque dignitates militares impuberibus permissas. 1. Veget. 4. *Rhin. 8. epist.* Corrasius 5. *Miscell.* 22. ideo testamentifactionem pupillis permissam patet, quod tribunatus nomen esset honoris, non officii. 24 *Si in tribunatu numerorum.* Rævardus maxime qui ex illustri familia esset: & quod possent majores natu vicarios adjutores & consiliarios habere. vide Cujac. 17. *obs.* 36.

4. *variar.* 8. ita emendat: ortum errorem putat ex ea scriptura *tribunatu in numerorum.* Tribunus ergo numerorum est qui alias Romanorum cohorti, vel legioni præpositus fuit. Tribunatus numerorum, nunus ipsum? Cohortes enim, ut legiones fuos tribunos habuerunt. Plin. 3. *epist. l. 25. ff. eod.* In tribunatu igitur numerorum meteri est tribuni officio ac munere. 25 Numeri interdum cohortem, vel legionem significant. Sozomen. 1. *histor. tripar. l. 14.* J. *de re mil.* Hinc in numeros refertur. *l. un. in fin. ff. de bon. poss. ex test. milit.* interdum a legionibus separantur numeri. *l. 13.* J. *de re milit.* Goth. Pro (tribunatum numerorum) reponit Rævardus *variar. lib. 4. cap.* 3. *nunu.* l. Aaf. 26 Ad eundum modum ductionem defendit Leonin. *emendat. lib. 4. cap.* 3. *nunu.* l. Aaf. 27 Et per consequens lege Constantini, impuberibus profitentibus cœlibatum dabatur jus testamenti faciendi in ipso monasterii ingressu. 1. *Sozomen.* 9. quod tamen Leo mutavit. *Nov.* 6. 28 Impuberis mens non permittebatur patri in certos casus præstare erant, eis substituere 29 Facio testamenti sapientibus tantum & stabilem mentem habentibus permittitur.

30 Et ita abrogantur antiquæ leges quibus permittebatur impuberi tribuno numerorum testamenti factio.

31 Qui sequitur tractatus maximam & evidentem utilitatem in se continet: Testamentis enim inferuntur institutiones, substitutiones, exheredationes, legata, fideicommissa, tutelæ, libertates, adfignationes libertorum, mortis causa donationes, mortis causa capiones, attestationes, ademptiones, confirmationes codicillorum, præcepta, consilia, damnationes, injunctiones: quæ omnia patent latissime. 32 Dixi ad 28. D. 1. de accusato. vide *l. 8. §. 9. l. 13. ff. eod.* de segroto. *l. 3.* J. *eod.* Augusta, *l. 7.* J. *eod.* de bannito, vid. Clar. 3. *sent. §. testam.* *l. 19.* ubi differentiam facit inter bannitum simpliciter & bannitum simul & damnatum ad mortem, & inter bona interdicti in loco sita & extranea, & inter leges loci interdicti & alias) de captivo. *l. 8. l. 12. & 13. ff. eod.* cæco, *l. 8. 7. eod. Nov. Leon.* 69. De eo, qui rem alius

que [1] testamentum facere [2], neque codicillos, neque fideicommissum [3] relinquere, neque mortis causa donationem celebrare concedatur, nec libertatem [4] sive vindicta [5] sive alio [6] modo imponere: eidem legi tam masculos quam fœminas obedire imperantes. † Ubi autem & hujusmodi vitii non naturalis, sive masculo, sive fœminæ accidit calamitas, sed morbus [8] postea superveniens & [9] vocem [10] abstulit, & aures conclusit: si ponamus hujusmodi personam litteras scientem: omnia quæ priori interdiximus hæc ei sua manu [11] scribenti permittimus. † Sin [12] autem infortunium discretum est, quod ita raro [13] contingit: & surdis, licet naturaliter hujusmodi sensus variatus est, tamen omnia facere & in testamentis, & in codicillis, & in mortis causa donationibus, & in libertatibus & in omnibus aliis permittimus. Si enim vox [14] articulata ei [a] natura concessa est: nihil prohibet eum omnia quæ voluerit facere: quia scimus quosdam jurisperitos & hoc subtilius cogitasse, & nullum esse exposuisse, qui penitus non exaudiat, si [15] quis supra cerebrum illius loquatur, secundum quod Jubentio Celso placuit. In eo autem, cui morbus postea superveniens auditum [16] tantummodo abstulit, nec dubitari potest quin possit omnia sine aliquo obstaculo facere. Sin [17] vero aures quidem apertæ sint, & vocem recipientes, lingua autem ejus penitus præpedita: licet a veteribus auctoribus sæpius de hoc variatum est: attamen si hunc peritum [18] litterarum esse proponamus, nihil prohibet eum scribentem hæc omnia facere, sive naturaliter [19], sive per interventum morbi hujusmodi infortunium ei accesserit: nullo [20] discrimine, neque in masculis, neque in fœminis in omni ista constitutione servando. Dat. 15. Kalend. Mart. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De Filiisfamilias.

11. Idem A. Joanni PP.

NEmo ex lege, quam nuper [21] promulgavimus, in [22] rebus quæ parentibus acquiri [23] non possunt, existimet aliquid esse innovandum, aut permissum esse filiisfamilias [24] cujuscunque gradus, vel sexus testamenta facere [25] sive sine [26] patris consensu [27] bona possideant secundum nostræ legis distinctionem, sive [cum] eorum voluntate. Nullo etenim modo hoc eis permittimus [28]: sed antiqua [29] lex per omnia conservetur, quæ filiisfamilias, nisi in certis casibus [30], testamenta facere nullo modo concedit, & in his personis quæ hujusmodi facultatem habere jam concessæ sunt. S. Dat.

his, qui simpliciter vel surdi vel muti sunt. Nam qua ratione paganus mutus & surdus a natura, principi testamenti faciendi causa supplicaverit? quo motu quibusve gesticulationibus mutus eodem casu heredem instituet? dicendum est igitur, paganos mutos vel surdos simpliciter testamenti factionem olim a principe petere debuisse. *d. l. 7.* militibus a lege permissum fuisse. *d. §. 2.* hic autem omnibus surdis vel mutis permitti. Quod de surdo diximus, ne fumas de eo, qui tarde vel exaudit, vel loquitur: sed de eo qui nihil omnino natura exaudit, quique nihil penitus loqui potest. §. 3. *Instit. eod.* adde Ulpianum 20. §. 13. *l. 3. ff. de aedilitio.*

1 Quid? surdus & mutus simul, potestne pias ad causas testamentum facere? Quidam ajunt, alii negant, de quo vide Tiraquellum *privilegio 9. pia causa.* 2 Nec ei interesse ut testis. vide Oldend. *cap. 4. de testib. num.* 15. Est enim optima illatio testimonii dictionem ei denegari, cui testamentum facere non liceat. *v. l. 18. vers. merito. ff. eod.* 3 Quidni possit, cum fideicommissum naturaliter relinqui possit? *l. 1. ff. de leg. 3.* Solve, naturaliter relinqui potest ab eo, qui loqui non potest, non a muto simul & surdo a natura, *ut hic.* 4 Mutus & surdus a natura bona alienare: inter vivos etiam non potest, ex quo libertatem servis inter vivos non confert. Ideoque curator ei dari solet. *arg. l. 2. ff. de curat. fur.* 5 Simpliciter tamen surdus non mutus potest. *l. 1. ff. qui & a quib. manumiss.* 6 Olim inter amicos per epistolam licuit. Paul. 4. *sent.* 12. §. 2. sed præstat verba Pauli de eo intelligi, qui vitio aliquo surdus & mutus fuerit, quippe qui natura ita esset, scribere non posset. 8 Paul. 4. *sent.* 12. §. 2.

9 Ut mutus sit & surdus. 10 Vox ablata, mutum: aurium concluso surdum efficit.

11 Mutus & surdus vitio aliquo, sciens tamen litteras testari sua manu potest.

12 Surdus natura non tamen eadem natura simul mutus, testari potest. quid si vitio talis sit? idem; potest enim vel voce, vel scriptura testari. 13 Leges interdum statuunt de his quæ raro fiunt, & ita restringitur *l. 4. §. 6. ff. de legib.* 14 Surdus qui mutus a natura non est, testari potest. An id cuiquam accidere possit, mox dicetur. 15 Surdus a natura nemo sic est, quin si supra cerebrum illius quis loquatur non audiat. sed tamen Plinius 10. c. 69. refert, ei cui primo negatus fit auditus, huic & sermonis usum ablatum, & ideo marina ostrea, quod surda sint, muta esse quoque natura. Alexander Aphrodiensis in problematis putat ideo fieri quod una sit nervorum conjunctio, quæ ad linguam & aures pertineat, & ea ratione contingere, ut affecto aurium nervo nervus quoque linguæ afficiatur. Cur vero qui muti sunt non a natura audiant? idem Alexander id ex eo fieri putat, quod oriatur proprium nervorum σύμφυσις, sive ut Politian. vertit, localis nervorum pallio.

16 Surdus ex morbo testari potest. 17 Mutus tantum natura vel morbo, non surdus testari potest, si literarum sit peritus. 18 Mutus non surdus literarum sciens testari potest. 19 Natura vel morbo quidem muti esse possunt, non tamen surdi? exemplum extat apud Herodotum *lib. 1.* & Gell. 5. *c. 9.* de Crœsi filio, qui cum mutus a puero fuisset, articulate ad hostis imperium exclamavit: ὦ ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κῦρον· sed & quispiam Samius Athleta, homen illi fuit ἄφωνος, cum antea loquens non fuisset, ob similem causam loqui cœpit. Gell. *de loc.* qui nunquam id potuisset nisi auditu prius seraonem accepisset, didicisset quæ.

20 De muto & surdo quod *hac lege* dictum est, idem obtinet in fœminis mutis & surdis.

21 Id est, anno 529. intelligit autem *l. 6. ? de bon. quæ liber.* intelligit etiam *leg. ult. 8. de collat.* quæ lata est anno 530. 22 Id est, ne quidem in rebus quæ parentibus adquiri non possunt, & ita Græci μηδὲ τοῖς πατροπαρόδοις. 35. *Synopf. 3. c. 11.* ut hinc dubitandi ratio finaretur: sunt vero πατροπαρόδοις adventitia aliunde filio quam a patre vel patris liberalitate quæsita, quorum proprietas liberis, usufructus patri competit, imo & proprietas si moriantur ipsi liberi. Scholiastes synopseos il. o loco τῶν πατροπαρόδοις quædam exempla ponit rerum quæ liberis adquirantur, veluti ex testamento alterius, vel ex militia, vel ex scientia in quibus filiusfamilias postfiri, in cæteris non potest. 23 *d. l. ult.* filiusfamilias de adventitiis & propriis testari non potest, etiamsi in illis pater nullum habeat usumfructum. vid. Clarum 3. *sent.* §. *testamentum. quæst.* 18. *de peculio castrensi vel quasi potest. Instit. eod. in pr.*

24 Vide 5. Harmenop. 2. in hunc locum. vide Clarum 3. *sent.* 5. *testam. quæst.* 18.

25 Atqui filiifamilias donare mortis causa potest etiam patris consensu. *l. 25. in fin. ff. de mort. caus. donat.* Cur tam varie Paponius 1. *notar.* 7. *c. de testamento* negat verum varietatis hujuscausam adferri posse. Alii donare posse putant, quod mortis causa donatio contractum imitetur, & præsentem obligationem adferat. dic melius, Eum qui testatur, sui juris esse debere: & testamentum ex alieno arbitrio pendere absurdum esse. vide Clarum *d. q.* 18. inter te vero repugnare, ut unus & idem filiusfamilias & sui juris sit. Majorem autem esse auctoritatem patriæ potestatis, quam ut sola testamenti factione filius sui juris fieri confetur. Donare vero ministerii nudi est. Nam & per servum dominus donare potest. vide Bald. *Instit. hoc tit.* Quid? ad pias causas de profectitis, potestne testari filius consentiente patre? potest constitutione Bonifacii, & ita accipe *c. licet 4. de sepulturis* n 6. ubi per μόνωσιν ἐχειν sepulturam, dixit pro *legare sepulturæ causa.* vide Clarum 3 *sentens. §. test. quæst.* 5. quod vacuine statutum, ut filiusfamilias potli testari? valere videtur. Quid si interim dum pater captus ab hostibus, & testetur ejus filius? patre postliminio redeunte testamentum filii evanescit. vide *l. ult. vers. ita tamen. ff. de sentens. pass.* 26 *l. 6. & 16. l. 19. ff. eod.* cur sine patris consensu? testamenti facto publici non privati juris est. *l. 3. ff. eod.* jus autem publicum exigit, ut qui testatur patriæ familias sit, & ut de re sua testetur. Jure civili vero filiusfamilias proprium nihil habet. Ulpian. 20. §. 10. constitutionibus peculia castrensia vel quasi propria habet. etiam ultra tenus, adventitiorum vero proprietatem. §. 1. *Inst. per quas personas cuique.* De castrensibus autem jure militari testari potest: de quasi castrensibus communi jure. *l. ult. §. 2. ff. de inoffic. testament.* 27 Filiusfamilias potest consensu patris bona polidere.

28 Quid si quis filiusfamilias testatus est, postea juris sui factus decessit. Testamentum ejus Kal. Sept. *Constant.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

12. Idem A. Joanni P. P.

OMnes omnino quibus quasi [31] castrensia peculia habere [ex legibus] concessum est, habeant licentiam in ea tantummodo ultimas voluntates condere, secundum nostræ constitutionis tenorem, quæ talibus testamentis de inofficiosi [32] querela immunitatem præstitit. Dat. 3. Non. Decembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXIII.

DE TESTAMENTIS [33] ET QUEMADMODUM [34] TESTAMENTA ORDINENTUR [35].

De statu testium.

1. Imp. HADRIANUS A. Catonio [36] Vero.

TEstes, servi an liberi fuerint, non in hac causa tractari oportet: cum eo [37] tempore quo testamentum signabatur, omnium consensu liberorum loco habiti [38] sint, nec quisquam eis usque adhuc status controversiam moverit. Sine die & consule.

Si scriptura intercidit.

2. Imp. ALEX. A. Expedito.

PUblicati [39] semel testamenti fides, quamvis ipsa materia, in qua primum a testatore scriptum relictum fuit casu, qui probatur, intercidit [40], nihilo minus valet [41]. PP. Kal. Januar. FUSCO 2. & DEXTRO CONSS. 226.

Si imperator institutus fuerit ex imperfecto testamento.

3. Idem A. Antigono.

EX [42] imperfecto [43] testamento nec Imperatorem [44] hereditatem vindicare posse, sæpe constitutum est. Licet enim lex [45] imperii solennibus [46] juris Imperatorem solverit: nihil [47] tamen proprium imperii est, quam legibus vivere. PP. 11. Kal. Januar. LUPO & MAXIMO CONSS. 233.

De falsa demonstratione.

4. Imp. GORDIANUS A. Rufino.

SI in nomine [48], vel prænomine [49], seu cognomine [seu agnomine [50]] testator erraverit, nec [1] tamen de quo senserit, incertum sit: error hujusmodi nihil officit veritati. PP. 12. Kal. Januar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De eo qui filius vocatus, cuive ut filio relictum est, veritate prævalente.

5. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Lucullo.

NEque professio [2], neque adseveratio [3] nuncupantium filios [4], qui non sunt, veritati præjudicat: & quæ ut filiis testamento relinquuntur, juxta ea quæ a principibus statuta sunt, non deberi, certi juris est. Accep. 6. Non. Jul. VALER. & GALLIEN. AA. 3. & 2. CONSS. 256.

De falsa enunciatione.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Terentiæ.

VErba [5] testamenti, quibus mater vestra decedens, nihil se cuiquam donasse [6] significavit: si res se aliter habeat, fidem [7] veri non perstringunt. PP. 3. Non. Novembr. DIOCLETIANO A. & ARISTOBOLO CONSS. 285.

De errore scribentis.

7. Idem AA. Rufinæ.

ERrore [8] scribentis testamentum juris solennitas mutilari nequaquam potest [9], quando minus [10] scriptum, plus nuncupatum videtur: & ideo recte testamento condito, quanquam [11] deest, *heres esto*: consequens est, existente herede legata seu fideicommissa juxta voluntatem testatoris oportere dari. PP. 17. Kal. Februar. ipsis AA. 4. & 3. CONSS. 290.

De casu majore & timore contagionis.

8. Idem AA. Marcellino.

CAsus majoris ac novi [12] contingentis ratione, adversus [13] timorem contagionis [14] quæ testes, deterret, licet aliquid de jure laxatum est: non tamen prorsus reliqua testamentorum solennitas perempta est. Testes enim hujusmodi morbo oppressos [15] eo tempore jungi [16] atque sociari remissum est: [non etiam] conveniendi numeri eorum observatio sublata est. Dat. 16. Kal. Jul. ipsis 4. & 3. AA. CONSS. 290.

Si testes non sint in conspectu testatoris.

9. Idem AA. Patrocliæ.

quæ Græci ὄνομα χρηματισμῶν, πατρωνυμίαν, ἀφωνυμίαν vocant. 35. *Synopf. 2. cap.* 3. Theophilus §. 29. *Inst. de legatis.* Prænomen apud Romanos est, quod familiæ nomen præcedit, ut Lucius Pusl. Marcus: soleuque ut plurimum notis scribi: Hodie succesit cognomini præponimus, pura Jacobus, Petrus, Antonius, quod ideo docti solent etiam notis scribere; indocti vero propria nomina appellant. Prænominibus caruisse pueros & maxime mulieres (nisi forte plures essent) verisimile est. Utriusque familiæ nomine utebantur. Pueri etiam cognomen familiæ sipiebant. Nomen vero apud Romanos significavit familiæ nomen, ut Tullius. Cognomen erat, quod nomini conjungebatur, ut cognationis nomen. Tertium nomen Plutarchus appellat in *Coriolano & Marcio.* Theophilus *ἀνώνυμον*, quo etiam nomine utitur Plutarchus & Justinianus *Novell.* 78. eâque vel nunc primum partum vel hereditatem, ut Scipionis, Cæsaris, Ciceronis. vid. Varronem. 2. *de re rustica, & Macrobium.* Agnomen cognominis genus est quod ob ingnem tem aliquam nomini additur. Vox agnomen legitur apud Ciceronem *lib. de inventione, & §. 29. Instit. de legat.* alibi legi negat Antonius Augustinus 3. *emendat.* 8. Superflue itaque hic legi & alibi tamen posse usurpari, quando cognomini vocabulum satis rem ipsam non exhibet. Sic Crasso Divitis cognomen fuit: Cic. *ad Atticum.* & Manlio Torquato, Cic. 2. *de finibus.* & ita cum multis locis extiet verbum prænominis & cognominis: agnominis tamen non extat. *l. 21. §. 1. ff. qui testam. l. 1. ff. de liberis & posthum.* ubi dixi *l. 13. ff. ad l. Corn. de falsis. l. unic. J. de mut. nomin.* 1 Error in nomine, cognomine vel agnomine non vitiat, si constet de ipso corpore (vide tamen Socinum *regula* 119.) & tamen error in nomine appellativo generali vitiat, etiamsi constet de corpore. *l. 4. ff. de leg. 1.* vid. tamen Socinum *regul.* 120. 2 In censum. vide quæ notavi *l. 13. §. 8. de probat.* adde *l. 29. ff. de probat. l. 12. ff. de jure patron. l. 4. J. de hered. inst. l. 6. §. de fide instrum. l. 14. §. de probation.* 3 *l. 5. supr. de probat.* 4 Ubi quem quis instituit ut filium, non aliter instituturus, si filius is non fit, inutilis erit institutio. Idem dicendum, si ut fratrem instituit. *l. 7. J. de his qui. inst.* dicta *l. 1. §. 10. ff. de Carbon. l. 46. ff. de jure fisci.*

5 Verba enunciativa modum causæ diffinunt. adi textum & Doctores *ib. in l. pater* 17. §. 1. *ff. de dotis mdis. de mut. eorum.* 6 *Nonnulla* 7 *Sunt.* 8 Ex hac lege notatur, ut magis quis fallitur verba negantis veritatem non mutant, *ut hic:* & ita non creditur testatori mendacium fuse substantiæ adfirmanti. *Novell.* 48. idem contra creditur accusanti. *l. 3. §. 1. ff. de Silan.* Et tamen obtemperatur injuriam remittenti. *l. 5. §. famil.* 7 Dixi ad *l. 1. §. arbit. tut.*

8 *l. 9. §. 2. ff. de hered. inst.* 9 Imo potest. *l. 9. ff. de hered. inst.*

10 *d. l. 9. §. 2.* 11 *l. 1. §. 5. ff. de hered. inst.* vid. quæ de ea re scripsi ad *l. 1. in fin. §. de recept. arbitr.* 12 Facit *l. 6. vers. & si quidem. J. eod.* 13 Legendum mihi videtur, *& adversus.* Nam hic aliquid de jure laxatur casu majoris & novi & adversus timorem contagionis intuitu. 14 Puta pestis. Nulla enim alia fere contagio est, quæ testes adeo deterret. Quid in testamento tempore peitis facto quot testes requirantur? Quidam duos sufficere ajunt, moti *eorum esses extir. l. de testament.* de quo vide Rolandum a Valle 1. *consil.* 81. *num.* 44. & ita judicatum refert Guido Papæ *decis.* 513. Sed & Spirae ita probatum esse testamentum refert Mynsingerus 1. *observ.* 96. & cum in hostico testantibus duo testes sufficiant. *l. 1. ff. de bonorum possess. ex testam. milit. l. ult. ff. de test. milit.* Cum in rusticanis testium numerus legitimo minor requiratur. *l. ult. J. eod.* cum necessitas legem non habeat; id privilegium dari locis & temporibus, non personis: facti impedimenta non obstare adhuc amici minus solenni. Eum qui contagioso morbo laborat, testari posse coram testibus eum tantum audientibus, non tamen eum videntibus, ut hac lege: contra legem *si non specialis.* 1. *eodem.* posse eundem & testari coram testibus non rogatis. Boër. *decis.* 222. possile hujusmodi hominis testamentum per tabellionem nondum matriculæ insertum deferibi. Angel. *in l. si vacantia. 5. C. de bon. vacantibus. arg. l. ubi defunt* 19. *ff. de tutoribus.* mulierem tempore pestis posse sine consensu cognatorum testari. licet non fortassis statuto sine consensu agnatorum testari prohibeatur. 3. *d. inst. 3. cons.* 33. Quinimo fanum in loco contagioso testari posse coram testibus duobus rogatis. vide Boërium *decis.* 228. Alii contra septem exigunt. *l. 12. J. eodem.* Utrumque nimis extremum & iniquum est. Clarus arduam quæstionem esse ait, quæ Cæsarea diffinitione egeat 3 *sentens. §. testamentum quæst.* 56. *vers. & hæc quidem.* placet media sententia quinque testes sufficere, in modo plures reperiri non possunt. Nam & is numerus sufficit in codicillis & testamentis rusticis, quæ jure civili valent. *l. ult. vers. sin autem. J. eod.* (quale fuit tempore contagionis in quibus clausula codicillaris subintelligitur) & testamentis hominis rusticani. *l. ult. J. eodem.* Sed & hic dicitur aliquid de jure communi relaxari propter metum contagionis: æquissima est autem relaxatio, si duo testes remittantur de summi juris observatione, ad hæc: Quinque testes sufficere dicuntur in rustici testamento propter testibum penuriam: ergo & hic idem jus esse debet: & ita Baldus putat hic: Roland. a Valle 1. *cons.* 81. Clarus *d. loco.* Hot. 2. *consil.* 15. & breviter communis opinio eo inclinat. Roland. Clar. Hot. *d. loc.* adde Pap. 20. *decisi.* 1. *§. 1.* Id tamen admitti potest, non quod duo non sufficiant ad fidem faciendam, sed quia grave est duorum judicio universam detundi hereditatem extraneo deferri. Boërius *decis.* 228. & Roland. a Valle 1. *cons.* 81. eandem sententiam probant, quod ita posit testari, qui in tyranni carcere detineatur: aut in castro sit aliquo, ubi nemini, hoc est, paucissimis accessus pateat. Alii pestis genus distinguunt: ut si non magna aut vehemens sit, justus ac legitimus testium numerus requiratur. *argum. l. 1. §. proinde 8. ff. de adil. l. quæsitum* 50. *ff. de re judicata.* & ita judicatum fuisse refert Boërius *decis.* 221. sin magna sit in terris Ecclesiæ sufficere solennitatem. *eo.num esse* 10. *extr. de testam.* hoc est, ut quis testetur coram duobus testibus, & parocho seu plebano, ejusve vicario: in urbe vero inperioque Romano, hoc est, provinciis imperio subditis quinque testes exigi. *argument. l. ult. J. eodem.* (& ita Burdigalæ judicatum refert Boërius *ibid.*) si modo qui testatus est, contagiosus sit: quippe non contagiosus in contagioso loco testari coram septem testibus debet: nisi defertis in agris sit: tunc enim quinque testes videntur sufficere. *l. ult. J. eodem.* Pone testamentum a contagioso factum, jure illo speciali contagiosis permissum: quæro an ægroto convalescente, & ad sanitatem perducto deficiat id testamentum? Corneus 4. *cons.* 54. & Ripa existimant tale testamentum, etiam tum sustineri ac valere, etiamsi testator alterius testamenti solenniter faciendi potestatem habuerit. Hoc amplius notandum est ex Boërio *decis.* 228. contagiosos ex senectra vel cancellis coram præterentibus in via testari posse. *argument. l. est differentia 9. ibi, per fenestram. ff. in quib. causis pignus. l. confciuntur* 8. §. *codicilli* 2. *ff. de jure codicill. l. si quasi.* 3. *ibi, per fenestram. ff. de pignoratitia.* Goth. An testamentum tempore pestis ab ordinaria testamentorum solennitate sit immune, vid. Censur. Forens. nostram *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 23. S. L. 15 Lego & emendo, *oppressis*, manifestissima & apertissima sententia. Ideoque Græci hanc legem ita interpretantur, testes si metuerint propius ad testatorem accedere, ne morbi contagione inficiantur, permittitur eis ut separatim (κεχωρισμένοι) ab eo testamentum figuent. *Synopf. Basil.* 35. *tit.* 2. *cap.* 7. 16 Contagionis causa testibus permittitur separatim a testatore testamentum signare. Græci ita hanc legem explicant. 35. *Ecbog.* 2. *cap.* 7. 17 *Synopf. Basil. ibid. cap.* 8. est & hæc lex exceptio *ad l.* 12. *J. eod.*

18 Puta a principe concesso cum hac clausula, *non obstante. l.* 35. §. *de inoff. testam.*

19 Jus commune Italiæ & consuetudine mutari potest, a privato non potest. *l.* 27. *ff. de reg. jur.* 20 Ut si in conspectu testatoris testes sigilla non imponant. 35. *Ecleg.* 2. *c.* 8.

21 *l.* 12. *in pr. J. eod.* hinc colligit Baldus, In testamento requiri, ut testes videant testatorem: ideoque cæcum in testamento testem esse non posse. Quid si testes alias oculari interposito velo aut interjecta cortina testatoresi loquentem audierint, non viderint tamen? Quidam putant id genus testimonii fidem facere, dum testes notam habuerint vocem testatoris. *Glossi. in l.* 2. §. *item Labeo ff. de aqua & aqua pluvia c. in c. praterea* 27. *extra de rejudicis.* Alii in testamento testamentorum vitium requirunt: ideo nisi testes oculis fecilicet perti possunt intuiti. Notum enim illud Isaci, *vox Jacob manus Esau*: idque Cæpola *cautela* 220. in testamento omnino admittit (quod in codicillis & mortis causa fondem non referre mittendum esse putat) in matrimoniis testes de auditu fidem plenam non facere, nisi alia indicia fint. *c. praterea* 27. *ext. de testib.* fecus in contractibus esse vel quasi *Glossi. in can. 13. testes c.* 3. *quæst.* 9. Quid in delictis? testis de visu testimonium proferre cogitur. Idem Cæpola *cautela* 231. Porro nox voxloquentis testi fuerit, necne arbitrio judicis fiitur. His addendum testamentum noctu quidem signari posse. *l. ad testamentum* 22. §. *pefi. ff. de* 3. *num* 4. Ut tamen absque luminibus: tunc enim falsum præsumi. Nocti enim factum testamentum absque luminibus non valet. Jas. 3. *cons.* 50. Tiberius Decanus 2. *cons.* 65. 22 Testium officio funguntur, fi sigilla imponant. *Ecl. d. loco.* 23 Testamentum jure perfectum non rescinditur per rescriptum. facit *l. 7. de prec. imp.* 24 Furtum testamentitestamentum non vitiat. Est enim vitium furti, quod ad testamentum attinet extrinfecum. vide *l.* 2. §. *eodem.*

25 Testes & eorum numerus ad testamenti solennitatem pertinere ex his verbis colligitur juncta cum verbis, *non est juris solennitatem J. eod.* igitur uno ex septem testibus deficiente testamentum legitime probari non poterit, *ut hic.* adde *l. duo sunt Titii* 30. *ff. de testam. mil.* Possis etiam dicere numerum testium formam esse substantialem jure civili inductam, non jure gentium. Nam numerus testium in testamentis augeri vel minui statuto vel consuetudine potest. *l. ult. J. eod. l. Divus* 24. *ff. de l. milites* 15. §. *de test. milit.* 26 Septem testes in testamentis regulariter requirantur, *ut hic.* §. 3. *Inst. eod. l.* 3. *ff. unde liberi. l. 2. supr. de B. P. secund. tab.* 27 Testium numerus est de solennitate substantiali testamenti. *Bald.*

28 Defectus solennis numeri testium testamentum vitiat, nisi in casibus exceptis. *d. in l. 8.* §. *l. ult. J. eod.* 29 Coram testatore testes sigilla debent imponere, *ut hic.* §. 3. *Instit. eod.* excipe casum *legis* 8. *in fin.* 1. 9. §. *eod.* 30 Testes testamenti eodem loco esse oportet. 31 Testes & suo & alieno annulo signare possunt. §. §. *in fin. Instit. eod.*

32 Interlinire est variis locis delere. *l. 42. in fin. ff. ad l. Aq. l. 11.* §. 1. *ff. de servo corrupto. l. 67. ff. de leg. 1. l. 2. ff. ad l. Corn. de falsis.* 33 Subscripta. 34 In testamento aliud juris solennitas: aliud fidei quæsito. 35 Abraito feu litura in testamento seu in literis subpectis & substantiali loco instrumentum vitiat, nisi in casibus exceptis. *d. l. 8. d. Hadrian.* Socinus *reg.* 1. nisi plura fint in instrumento capita: tunc enim litura eam tantum partem vitiat: non alia capita instrumenti. *l. 42. supr. de transf.* nisi ex antecedentibus & consequentibus certo colligatur, lituram consulto ac necessario inductam: hoc est, instrumentum eam lituram pati: vel sine ea litura consistere non posse. Idem dicendum, si qua parte litura est, eadem testator aliquid mana propria adscripserit ac de eo literarum comparatione facta constiterit. *l. 20.* §. *de fides instrum.* 36 De consulto deletis. *l.* 2. §. 7. *ff. de B. P. secund. tab.* Consulto, id est, voluntate. *l. 8.* §. 3. *ff. d. tit.* 37 Interlineis & suprascriptis superiora emendantur. 38 De inconsulte deletis. *l. 1. ff. de his, quæ in test. delentur.*

39 De falso deletis, *l.* 2. *ff. ad l. Corn. de falsis.* 40 Legis Falcidiæ. *d. in l. 8.*

41 *l.* 55. *ff. de leg. 1. l.* 15. §. 1. *ff. ad l. Fal.* 42 V. *l.* 27. *ff. de reg. jur. l.* 35. §. *de inoffic.*

43 *l.* 13. *in fin. ff. de jure codicill.* §. 12. *Inst. de testam.* 44 Institutio & exheredatio testamenti notæ: Neutra fit in codicillis. vide *l.* 7. *J. de codic.* 45 Probatur ex heredis institutione & exheredatione defunctum voluisse testari, non codicillos facere, *ut hic.* Cur ita? quia codicillis hereditas directo neque dari, neque adimi potest. *l. 2. l. fi idem* 7. *J. de*

SI [17] non speciali [18] privilegio [19] patriæ tuæ juris [20] observatio relaxata est, & testes non in conspectu [21] testatoris testimoniorum [22] officio functi sunt: nullo jure testamentum valet. PP. 10. Kalend. Jul. ipsis 4. & 3. AA. CONSS. 290.

De rescriptis.

10. Idem AA. & CC. Menophelimo.

SI testamentum jure factum sit, & heres sit capax, auctoritate rescripti nostri rescindi [23] non oportet. Dat. 15. Kal. August. AA. CONSS.

De testamento post mortem testatoris subtracto.

11. Idem AA. & CC. Zenoni.

NOn idcirco minus jure factum testamentum suas obtinet vires, quod post mortem testatoris subtractum [24] probatur. S. Dat. Prid. Id. Novembr. AA. CONSS.

De numero testium, de signaculis, de deletis, vel suprascriptis.

12. Idem AA. & CC. Matronæ.

SI unus [25] de septem [26] testibus [27] defuerit [28], vel coram testatore omnes [29] eodem [30] loco testes suo [31], vel alieno annulo non signaverint, jure deficit testamentum. De his autem, quæ interleta [32] sive suprascripta [33] dicis, non ad juris solennitatem, sed ad [34] fidei pertinent quæstionem, ut appareat [35], utrum testatoris voluntate [36] emendationem [37] meruerint, vel ab altero inconsulte [38] deleta sint, an ab aliquo falso [39] hæc fuerint commissa. S. Dat. Prid. Non. Jul. PHILIPPO. AA. CONSS.

De effectu & viribus testandi.

13. Idem AA. & CC. Euriphidæ.

TEstandi (causa) de pecunia sua Legibus certis [40] facultas est [permissa]: non [autem] jurisdictionis mutare [41] formam, vel juri publico [42] derogare cuiquam permissum est.

De institutione & exheredatione *in codicillo.*

14. Idem AA. & CC. Achilleo.

NOn [43] codicillum, sed testamentum aviam vestram facere voluisse, instituto [44] & exheredato facta probant [45] evidenter. Subsc. Id. Decem. CC. CONSS.

[1] Testator erraverit, nec tamen de quo senserit, incertum sit: error hujusmodi nihil officit veritati. *l. 1. §. 8. ff. de B. P. secund. tab.* expresse poterit. *l. 11. §. 2. ff. de B. P. secund. tab.* valet tamen eo casu testamentum solo jure fideicommissi. *l. 1. §. 1. ff. de leg. 3.* quasi detunctus ad causas fideicommissi, & codicillorum vim prioris testamenti traxerit. *l. 19. vers. sed in proposito. ff. de testament. milit. l. 12. §. 1. ff. de injuste.* vide Onciacum *Quæstionum Academ. multi.* 29 Vide Ulpian. 20. §. 10.

30 Id est, in castrensi, vel quasi castrensi. *l. ult. J. eod. Instit. eod. in pr.* 31 Filiusfamilias testari potest de quasi castrensibus. Castrensia ad imitationem castrensium. *l. ult. §. 1. §. de inoff.* castrense quod Græci ἰδιόκτητον, *Synopf. ibid. c.* 11. quod in castris adquiritur, vel proficiscenti ad militiam datur. vide *l. 4. J. familiæ. l. 4. l. 11. ff. de castr. peculio.* Paul. 3. *sent.* 4. §. 3. quinam eo privilegio fruantur. vid. *d. l. ult.* 32 Inofficiosi querela non proponitur adversus testamentum ejus, qui de quasi castrensi peculio testatus est. vid. *d. l. ult.*

33 Seu variis generibus testamentorum, fiunt enim vel scripto. *l. 21. J. eod.* nuncupatione sine scriptis. *l. 21. §. 2. l. 26. J. eod.* precibus imperatori oblatis. *l. 19. J. eod.* municipalibus gestis habitis. *d. l. 19.* mystice. *l. 21. J. eod.* Per æs & libram (sed hoc in usu esse desiit, *l. 15. J. eod.* Est & aliud posterius. *l. 20. & 21. §. 3. l. 27. J. eod.* est & cujus signacula incisa vel ablata. *l. 30. J. eod.* est & imperfectum, irritum, ruptum. *l. 3. l. 21. §. 2. J. eod.* quod procitum Festo, factum inter liberos. *d. §. 1.* & ad pias causas. vid. *auth. similiter Falcidia cessat. J. ad l. Falc.* & holographum. *l. 28. in fin. J. eod.* factum tempore contagionis. *l. 8. J. eod.* factum in agro gestis habitis. *d. l. 19.* mystice. *l. 21. J. eod.* Per æs & libram (sed hoc in usu esse desiit, *l. 15. J. eod.* Est & aliud posterius. *l. 20. & 21. §. 3. l. 27. J. eod.* est & cujus signacula incisa vel ablata. *l. 30. J. eod.* est & imperfectum, irritum, ruptum. *l. 3. l. 21. §. 2. J. eod.* quod procitum Festo, factum inter liberos. *d. §. 1.* & ad pias causas. vid. *auth. similiter Falcidia cessat. J. ad l. Falc.* & holographum. *l. 28. in fin. J. eod.* factum tempore contagionis. *l. 8. J. eod.* factum in agro *l. 2. §. 1. J. eod.* & in *l. 3. §. 1. J. eod.* cum ipsa scriptura interlita, in quo etiam quædam supra scripta. *l. 12. J. eod.* in quo falsa demonstratio. *l. 4. & 5. J. eod.* falsa enunciatio. *l. 6. J. eod.* in quo error subjectus reperitur. *l. 7. J. eod.* deque iis aperiendis & apud acta publicandis a testatore. *l. 18. l. 23. J. eod.* ut scil. quando intercideritur, fit unde eorum fides peti posit.

34 Id est, de solennitatibus & regulis juris, quas in testamentis servari oportet, quam multis vigiliis excogitatas retinet Imperator. *l. 35. §. de inoff.* Hue referre possis contexius & actus unitatem. *l. 28. J.* testium subscriptionem. *l. 28. §. 1. J. eod.* testes, eorumque numerum. *l. 12. & 31. vers. in illis. J. eod.* qualitatem & statum. *l. 21. J. eod.* præsentiam. *l. 9. J. eod.* signacula & annulum. *l. 12. J. eod.* itinerum consequentiam & notas. *Auth. quæ sine J.* subscriptionem. *l. 21. J. eod.* Idioma. *l. 21. in fin. J. eod.* superfluæ testamenti & necessaria. *l. 17. J.* ambiguitatem. *l. 24. J.* præposterationem. *l. 24. J.* heredis institutionem. *l. 14. J.* ejusque qualitatem & statum. *l. 3. & 16. J. eod.* heredis scripturam vel nuncupationem a testatore faciendam. *l. 29. vers. Quod si J. eod.* ut ea tabularum. *l. 15. vers. Et in J. eod.* formam testamenti hodie utiaratam vide apud Speculatorem *in tit. de instrumentorum editione. §. compendiose:* apud Rolandum a Valle 1. *cons.* 36. ubi post Bartolum *in l. 1. testam. quemadm.* notat formam testandi in scriptis admodum periculosam esse, nempe quod si testium unus moriatur ante testatorem vel ante apertas tabulas, integrum testamentum irritum fiat. Ideoque si temporibus raro reperiri solennia in scriptis testamenta. 35 Id est, jubet quod *l. 28. ff. eod.* adde etiam de eorum effectu. *l. 10. 13. & 16. in fin. J. eod.* & quemadmodum infirmentur. *l. 27. J. eod.* Goth. Ad hunc titulum & singulas leges vid. Sichard. *Antecessoris §. 7. Instit. eod.*

37 *l. 22. §. 1. ff. eod.* Testes testamentarii idoneo esse debent eo tempore quo testamentum ordinatur, aut saltem idoneos tum fuisse habitos communi opinione sufficit, *ut hic.* Quid? dicemusne satis non esse testes testamentarios reprobari, quod tum servi vel infames nisi & hoc addatur, communi opinione, tum pro servis habitos? Imo satis est dici intames tum fuisse, ut contra Bartolum tenet Bald. Fulgos. Castr. Roman. Alex. Corneus Jas. Imola, Cumanus, Aretinus, quod vel ex hac lege elicitur fatis. Heres agit ex testamento: excipitur adversus testamentum, testes tum fuisse servos: Heres hac replicatione utitur, ut referi faciendi, pro liberis tamen omnium consensu habitos: Pone, testem hodie probari servum, non præsumitur autem servus retro fuisse: hoc est, tempore testamenti: videtur non præsumi. vid. Castrens. *l. ad testium* 22. §. *conditionem 1. ff. eod.* 38 Testes debent esse liberi, vere vel putative. *l. 22. §. 1. ff. eod. 2. Fend. 19. in fin